UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Anastasia M. S. Maximus. S. Maron, & soc. MM. 15. Ap.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Anaſtaſia M. S. Maximus.
S. Maron, & ſoc. MM. 5. Ap.

Mortificatio.

Quot in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta, Greg.

Omnipotens ſempiterne Deus qui infima mundi eligis, ut fortia quæq; confundas: concede quæſumus ut qui B. Anaſtaſia M. tuæ (SS MM. Max. & Olympiadis. S. Maronis) tuæ ſolemnia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per D. N. I. Chr. &c.

Ora pro Afflictis, &c

1. S.Anaſtaſia cum Baſiliſſa. MM. Nobiles Apoſtolorum diſcipulæ, & conſtantes in Fidei confeſſione, ſub Nerone Imp. lingua manibuſque præciſis, gladio Martyrii palmam ſunt adeptæ.

2. S.Maximos Corduenæ in Perſide vir nobilis ſub Decio Imp. fuſtibus & plumbatis cæſus fuit, & demum caput eiuſdem ita contuſum, ut ſpiritum inter verbera & ictus repetitos Deo, à quo acceperat, ſanctè reddiderit.

3. SS. Maron, Eutyches & Victorinus amici B. Flauiæ Domitillæ, nolentes Virgini S. nuptias cum Aureliano infideli ineundas ſuadere, ut ſerui ad prædia Aureliani colenda miſſi ſunt. Hic clareſcentes miraculis ſanitatum, & conuertendis ad Chriſtũ hominibus, ab Aureliano demum Martyrio coronati ſunt, circa tempora Traiani Imperatoris.